



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

III. Bischof Otto von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillersleben die Zehnthhebung aus Putgoritz und Bositz, am 7. April 1135.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

III. Bischof Otto von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillaersleben die Zehnthebung aus Putgoritz und Bofitz, am 7. April 1135.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto, dei gracia halberstadenfis episcopus, Notum esse cupimus presentibus et futuris cristifidelibus, quod respectu remuneracionis diuine necnon et monastice statu et propagacione ecclesie sancti laurencii martyris in hildefleue decimam ville putgoriz et adjacentis sibi bosici, quas venerabilis irminhardus, ejusdem loci abbas, ab Ottone, aduocato, et fratre ipsius thiderico emit, perpetuo iure tradidimus. Hanc autem nostre donacionis iustam tradicionem, ad supplementum victualium deo ibi famulancium donatam, ne ullus successorum nostrorum temere vel infringere, seu quelibet alia persona spiritualis aut secularis in posterum presumat invadere, banni nostri et perpetue ulcionis dei et eiusdem martyris interminacione inhibemus. Et huius facti nostri testes uiros venerabiles subter annotauimus, Martinum, abbatem de ilfeneborch, Alberum, abbatem de hugifborch, Wolterum maiorem prepositum de bossenloue, Erp decanum, Martinum custodem, Popponem comitem, Adelbertum comitem, Berengarum aduocatum, Ottonem comitem, Thidericum, fratrem eius, aliosque plures uiros nobiles. Datum halberstad, VII. idus aprilis, Anno dominice incarnationis M^o. C^o. XXXV^o., Indictione XIII, in dei nomine feliciter amen.

Cap. I, fol. 16.

IV. Kaiser Lothar verzeignet dem Kloster Hillaersleben verschiedene Besitzungen, am 9. April 1135.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Lotarijs, imperator romanorum tertius, recognoscat fidelium per omnem etatem successio, fundum a Waldrico sacerdote et canonico Halberstadenfis ecclesie comparatum a Bernhardo de Dracalftedi et beato Laurentio in Hildefleue traditum, sed a Friderico Palatino Comite iniuste ablatum, me iuste eidem sancto martiri restituisse. Hujus vero predii summa est mansus et dimidius et due aree, quod simul situm est in villa que dicitur Druchdelberg. Preterea petente venerabili Abbate et Ottone, aduocato ejusdem ecclesie, et etiam petente Adalberto, marchione, contuli prefato martiri et fratribus ejusdem loci redditum annualem, qui vocatur Wozop, super duas villulas ipsis prope adjacentes, quarum nomina sunt hec potgorizi et bolizi. Specialiter autem libertates et immunitates aliaque bona, que in presenti possident aut in futurum iustis modis poterunt adipisci, nec non liberam electionem Abbatis intra suum cenobium fratribus concessi. Hujus ergo restitutionis et donacionis testes sunt Otto, Halberstadenfis episcopus, Hartmannus capellarius, Vdo, cicensis episcopus, interfuere quoque eidem curie nostre Gerhardus cardinalis, Bremensis archiepiscopus, Hildinheimensis, Mindensis, Merfburgensis, Huelbergenfis, Brandenburgensis episcopi, Corbeensis Abbas, Anselm de moguncia prepositus,